Universitätsbibliothek Paderborn

D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi, Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m] patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis quorum consilio homicidia fiunt. xxxi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

tes ſuos, ac cunctos reliquos Eccleſiæ miniſtros, atque om-
nem plebem ſibi cõmiſſam, verbis & mandatis diuinis in-
ſtruere & armare. Hosq; omnes eorum epiſcopos tota a-
mi virtute diligere, vt oculos ſuos, qui oculi ſunt illorum
eorum præceptis in omnibus obedire, etiam ſi ipſi aliter
quod abſit, agat quàm deceat: memores ſcilicet illius do-
minici præcepti: quæ dicũt, facite: quæ autem faciunt, fa-
cere nolite.

Quòd homicidæ ab eccleſiaſtica communione ſint ſubmouendi. *Cap.* *XXIX.*

Ex cõcil. Agathẽ. cap. 10.

ITaque cenſuimus homicidas à communione eccleſiaſti-
ca ſubmouendos, niſi pœnitentiæ ſatisfactione, admiſſa
crimina diluerint.

De eadem re. *Cap.* *XXX.*

Ex cõcil. Turonico, ca. 7.

HOmicidis penitus non communicandum, donec per
confeſſionem pœnitentiæ ipſorũ crimina diluant.

De illis quorum conſilio homicidia fiunt. *Caput* *XXXI.*

Ex dictis Auguſt.

PEriculoſè ſe decipiunt, qui exiſtimant eos tantùm ho-
micidas eſſe, qui manibus hominem occidunt, & non
potius eos, per quorum conſilium, & fraudem, & exhorta-
tionem homines extinguuntur. Nam Iudæi dominũ nul-
quaquam propriis manibus interfecerũt, ſicut ſcriptũ eſt:
Nobis non licet interficere quenquam, ſed tamen illis do-
mini mors imputatur, quia ipſi eum lingua crucifixerunt
dicẽtes: Crucifige eum. Vnde vnus Euangeliſta dicit, do-
minum crucifixum eſſe hora tertia, alius ſexta: quia Iudæi
crucifixerunt eum hora tertia lingua, manibus hora ſexta
milites. Qui ergo hominem tradit, ille eum interficit do-
mino dicẽte: Maius peccatum habet, qui me tradidit ti-
Vnde Pſalmiſta, Filii hominum, dentes eorum arma & ſa-
gittæ, linguæ eorum gladius acutus. Subiiciãt ergo ſe pœ-
nitentiæ, quorum conſilio ſanguis funditur, ſi veniã per-
mereri voluerint.

De illis qui pro vindicta parentum homicidia committunt. *Cap.* *XXXII.*

Ex pœnitentiali Theodori.

QVi pro vindicta fratris, aut aliorum parentum oc-
ciderit hominem, ita pœniteat, vt homicidia ſpon-
tè commiſſa, cùm ipſa veritas dicat: Mihi vindi-
ctam, & ego retribuam.